



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 90119339**

§. 58. Cadaver Benedicti XII. summi Pontificis translatum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

Pari liberalitate Pontifex honora-  
bat Jacobum Angliæ Regem, quem A. C. 1733.  
vulgo *Prætententem* nominabant, quippe  
ineunte hoc anno in Xennium eidem  
decem, ejus vero Filiis quatuor au-  
reorum millia donabat; natu autem  
majori, quem Principem de Wallis  
dicebant, Pontificio diplomate plura  
simul Sacerdotia habendi facultatem  
dedit; cum autem Anglorum quam-  
plurimi Romæ essent, ut majori Regis  
securitati, & honori prospiceretur,  
Pontifex jussit, ut ante ejus portam pe-  
ditum centuria, & ante cubiculum  
stationarii milites excubarent, necnon  
curra incidentem satellites comitaren-  
tur, obvii quorumcunque currus loco  
cederent, ac denique Regis famuli  
gladiis præcincti incederent.

### §. LVIII.

#### *Cadaver Benedicti XIII. Pontificis translatum.*

Ineunte Mense Februario summus Pon-  
tifex Corpus defuncti Pontificis Be-  
nediti XIII. ex Vaticana Ecclesia trans-  
ferri jussit: Die ergo vigesima prima  
ejusdem Mensis, quæ anniversaria e-  
rat obitus sui, octodecim Cardinales  
præsente Papa convenerant, & solemnni  
Sacro per Cardinalem celebrato Corpus

U 4

a Car-

Sæc. XVIII. a Cardinale Apostolici ærarii Pra  
A. C. 1733 aliisque ex Cardinalibus, apertata  
inspiciebatur, ubi illud plena  
integritate florens repertum est, q  
statim erecto Notarii instrumento  
testium juratorum testimonio con  
mabatur. Altera die Corpus in solen  
feretro collocatum, inter innumen  
confluentis populi multitudinem,  
tormentorum explosionem ad Eccles  
S. Mariæ supra Minervam (uti de  
Etus Papa testamento caverat) tu  
latum est, per aliquot adhuc dies,  
confluentis populi pietati satisficer  
publice in Sacello S. Magdalena  
positum.

§. LIX.  
*Adversa Missionariorum Pekine  
fata.*

Nondum in Imperio Sinensi tot Ch  
istianorum sanguine, tot Virg  
Apostolicorum suppliciis ac exilio  
tiata erat Mandarinorum rabies; qu  
nimis molesta ipsis erat noverca  
peratoris clementia, qua adhuc o  
ter viginti tres Missionarios, ce  
omnibus Macaum expulsis, Pekin  
Cantone tolerabat: Enimvero in  
faustum suorum sortem miserti Imp  
torem flexo poplite rogabant, ut